UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

VI. Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

Caput V.

Quod XXX. quidem annis regnavit: vixit autem pluſquam LX.

AC tempus quidem Imperii ipſius, tribus denûm annorum circulis abſolutis & aliquanto amplius honoravit; totius autem vitæ tempus quam inter homines duxit, duplo majore ſpatio circumſcripſit. Porrò cùm eundem velut imaginem monarchiæ ſuæ proponere vellet, victorem eum omnis tyrannici generis præſtitit, & impiorum Gigantum exſtinctorem, qui deſperatæ mentis audacia impulſi, contra ipſum Deum ſummum omnium Regem impietatis vexillum ſuſtulerant. Verùm hi quidem cùm momento temporis extitiſſent, momento quoque ac dicto citiùs exſtincti ſunt. Famulum autem ſuum Deus qui unus eſt ac ſolus, cùm ſolum adverſus multos divinâ armaturâ muniiſſet, ejuſq; operâ orbem terrarum impiorum hominum multitudine liberatum repurgaſſet, cultus ſui magiſtrum univerſis gentibus conſtituit; clara voce cunctis audientibus teſtantem, ſe verum quidem Deum agnoſcere, falſorũ autem Numinum errorem averſari.

Caput VI.

Quòd Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.

ET hic quidem tanquam bonus ac fidelis ſervus, id egit ac prædicavit; ſervum ſe palam nominans, ſummique Regis famulũ ſe fateri non erubeſcens. Deus verò protinus ipſum remuneratus, Dominum ac victorem, ſolumq; ex omnibus qui unquam fuerunt Imperatoribus, ſemper invictum atque inſuperabilem præſtitit: & ob victorias ac tropæa tantum Imperatorem eum effecit, quantum nemo unquam ſuperiori memoria ullum extitiſſe recordatur. Adeò felicem & Deo carum; adeò pium ac fortunatum, ut plures quidem gentes ac nationes quàm priores Imperatores ſub ditionem ſuam redegerit: Imperium verò omni moleſtia vacuum ad extremum uſque diem obtinuerit.

Caput VII.

Comparatio ejus cum Cyro Perſarum & Alexandro Macedonum Rege.

CYrum Perſarum Regem prę cunctis qui unquam exſtiterint enituiſſe vetus narrat hiſtoria. Verùm ille nequaquam felicem exitum vitæ, immo tur-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Ὅτι ἐβασίλευσε μὲν ὑπὲρ τὰ λ' ἔτη μοναρχήσας, ἔζησε δὲ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα.

ΧΡόνων μὲν βασιλείας, τρισὶ δεκάδων περιόδοις τελείαις, καὶ προσέτι λόγον τιμήσας. τούτων δὲ διπλάσιον τοῦ παντὸς βίου τὴν ἐν ἀνθρώποις περιορίσας ζωὴν· τῆς δ' αὐτοῦ μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν εἰκόνα δοὺς, νικητὴν ἀπέδειξε παντὸς τυραννικοῦ γένους, θεομάχων τ' ὀλετῆρα γιγάντων. οἳ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἤραντο τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων δυσσεβείας ὅπλα. ἀλλ' οἱ μὲν ὅσον εἰπεῖν ἐν

B βραχεῖ φανέντες, ἅμα τε καὶ ἀπεσβήσαν. τὸν δ' αὐτοῦ θεράποντα Θεὸς ὁ εἷς καὶ μόνος, ὡς πρὸς πολλοὺς θεϊκῇ φραξάμενος πανοπλίᾳ, τῆς τῶν ἀθέων πληθύος δι' αὐτοῦ τὸν θνητῶν ἀποκαθήρας βίον, εὐσεβείας τ' αὐτοῦ διδάσκαλον πᾶσιν ἔθνεσι κατεστήσατο. μεγάλῃ βοῇ ταῖς πάντων ἀκοαῖς μαρτυρόμενον, τὸν ὄντα Θεὸν εἰδέναι, τὴν δὲ τῶν οὐδαμῶς ὄντων ἀποστρέφεσθαι πλάνην.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς.

Ὅτι Θεοῦ μὲν δοῦλος ἦν, ἐθνῶν δὲ νικητής.

ΚΑὶ ὁ μὲν οἷα πιστὸς καὶ ἀγαθὸς θεράπων τοῦτ' ἔπραττε καὶ ἐκήρυττε. δοῦλον ἄντικρυς ἀποκαλῶν καὶ θεράποντα τοῦ παμβασιλέως ὁμολογῶν ἑαυτόν· Θεὸς δ' αὐτὸν ἐγγύθεν ἀμειβόμενος, Κύριον καθίστη καὶ δεσπότην, νικητήν τε μόνον τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρατόρων ἄμαχον καὶ ἀήττητον εἰσαεὶ νικῶντα τροπαιοῦχον

D βασιλέα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς ἀκοῇ τῶν πάλαι πρότερον μνημονεύει γενέσθαι. οὕτω μὲν θεοφιλῆ καὶ τρισμακάριον. οὕτω δὲ εὐσεβῆ καὶ πανευδαίμονα, ὡς μετὰ πάσης μὲν ῥᾳστώνης, πλειόνων ἢ οἱ ἔμπροσθεν κατασχεῖν ἐθνῶν, ἄλυπον δὲ τὴν ἀρχὴν εἰς αὐτὴν καταλῦσαι τελευτήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

Πρὸς Κῦρον τὸν Περσῶν βασιλέα καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα σύγκρισις.

ΠΕρσῶν μὲν δὴ Κῦρον παλαιὸς ἀνυμνεῖ λόγος περιφανῆ ἀποφανθῆναι τῶν πώποτε. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα, τέλος δ' ἐχρῆν μα-